



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm || Ianvarii Et Febrvarii

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10258**

De S. Victore confessore, Sermo beati Bernardi abbatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77365)

## DE S. VICTORE CONFESSORE SERMO

B. BERNARDI ABBATIS, QVO VITAM ILLIVS

summatim comprehendit. Quiescit autem hic S. Victor in monasterio Arremarense Trecensis diœcesis.

26. FEBRUA.

Psal. 126.

Matth. 25.

Psal. 88.

Infans ad  
huc in ma  
tris vtero  
demonibus  
terror est.Visions  
admiranda.Catalogus  
virtutum  
S. Victoris.

Coloff. 3.



Ictoris vita & gloria specialis, non tam ad gloriam, quam ad virtutem prouocat omnes, qui recte sunt corde. Non recte planè, sed peruersi est animi, antè querere gloriā, quam exercere virtutem, & velle coronari, qui legitimè non certauerit. Vanum est vobis, inquit, ante lucem surgere. Ita est. Frustrè ad celsitudinem nititur gloriæ, qui prius non claruit virtute. Frustrè fatuæ virgines sponso obuiam surgunt, quarum lampades extinguntur: & ideo fatuæ, quia vacuis gloriantur lampadibus, virtutis olcum non habentes. Absit mihi gloriari, nisi in gloria illorū, quibus propheta congratulans, ait: Dominus, in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur. Et insert: Quoniam gloria virtutis eorum tu es. Pulchritudo non eorum, sed virtutis eorum gloria commendatur. Quæ enim sine virtute est gloria? Profecto indebita venit, præproperè affectatur, periculose captatur. Virtus, gradus ad gloriam: virtus, mater gloria est. Fallax gloria & vana est pulchritudo, quam illa non parturiuit. Sola est, cui gloria iure debetur, & secundum impenditur.

Sancto Victori nec virtus, nec gloria deest, sed quemadmodum amba res, & quo ordine in homine processerūt, id operè premium intueri. Pugnauit fortiter, viriliter superauit, & sic demum gloria & honore coronatur. Quomodo ne mpe inglorius remansisset bellator fortis, humilis Victor? quanquam nec in die virtutis sua sine gloria fuit, signis & prodigijs admirandus.

Habemus, dilectissimi, in vita Victoris, & quod dignè miremur, & quod salubriter imitemur. Miror vina dedisse in eremo, non vitem, sed fontem. Miror & stupeo infantem adhuc in vtero pauci fuisse pauidis demonijs, quippe ab ipsis præcognitum, & iam tunc ex nomine designatum. Nec vacuum nomen, ybi hostium fuga, & extorta confessio, victorianam concessit infantulo. Quis item non miretur, furem à dēmone deprehensum, & rursùm à dēmone mox hominem liberatum? Quis etiam non omni admiracione stupendum ducat, carne circundatum hominem, celsis patentibus carnis oculos superno infigere lumini, & videre visiones Dei, angelico insuper mulceri cantico, doceri oraculo? Hec atque similia in sancto homine veneramur, non æmulamur. Merito quidem, quando & sine salutis periculo possunt non fieri, & sine salutis periculo nequeunt usurpari. Tutiùs sanè æmulanda solidiora, quam sublimiora, & quæ magis virtutem redolant, gloriæ minùs.

Studeamus proinde moribus conformari, cui in mirabilibus similari, & si volumus, nō valemus. Ac mulemur in vro sobrium victum, deuotum affectum: amulemur mansuetudinem spiritus, castitatem corporis, oris custodiā, animi puritatē, ponere frenum iræ, & modum linguae, dormire parciūs, orare frequentius, commonere nosmet ipsos psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, diebus iungere noctes, & diuinis laudibus occupare. Amulemur charismata meliora. Discamus ab ipso, quod mitis & humilis corde fuit. Amulemur, inquam, quod extitit liberalis in pauperes, iucundus ad hospites, patiens ad peccantes, benignus ad omnes. Hoc enim melius. In his forma est, cui imprimamur: in miraculis gloria, à qua reprimamur. Illa letificant, ista adflicant: moueant illa, ista promoueant.

Epulemur, dilectissimi, ad mensam diuitis vocati, mensam abundantem panibus, delicij cumulatam. An non diues, qui nos exemplis reficit, protegit meritis, letificant signis? Diues planè, in cuius hodiè coniuicio solenni angeli & homines pariter congregantur. Hi, vt reficiantur: illi, vt delicientur. Ipsi, vt proficiant: illi, vt gaudeant. Cuius vita repleta bonis, quid nisi mensa referta cibis? Nec tamen omnibus omnia apponuntur, sed vt tollat quisque, quod sibi expedire & conuenire videbitur.

Et

Et ego quidem consilio salubriori diligenter considero, quæ mihi apponuntur. Cum tum est mihi eligere mea, & aliena non tangere. Non extēdam manum ad gloriam miraculorum, nè li attentauerō, quod de super non accepi, perdam meritō & quod videor accepisse. Non leuo cum illo oculos ad rimanda secreta cælestia, nè oppressus à gloria, confusus resiliam, serō confugiens ad cōsiliū sapientis, qui ait: Altiora te nè quæsiēris, fortiora te nè scrutatus fueris. Infertur mensis vinum nouum aquarum rubentium, non tango: quia non mihi appositorum scio, qui similiter elementa mutare, naturas innouare non valeo. Cerno item in mensa Victoris, angelos illū audisse canentes. Nunquid videbo & ego mihi supernos exhiberi cantores, aut certe citharedos illos de Apocalypsi coram me citharizare in citharis suis? Imperat ille dēmonibus adhuc in corpore. Ecclesiastes 3:14.

re viuens, vinum in corpore soluit, iam corpore solutus. Cibi sunt, sed non mei: equidem iocundi & sapidi, sed non tangit illos anima mea, quoniam non est in opere mihi, vnde sufficiant talia redhibere.

At si diligenter considero, ecce præ oculis in mensa sancti, censura iudicij, disciplinae vigor, sanctitatis speculum, vita forma, virtutis insigne. Hæc à me & absque presumptione sumuntur, & salubriter insumuntur, & si dissimulō, distrecte reposcuntur. Audi adhuc, quænam mihi iutè apposita putem. Si panem doloris, & vinum compunctionis de diuitiis mensa obtuleris, tollo securus, qui sum pauper & inops. Erunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, & poculum meum cum fletu miscebo. Pars mea hæc, qui dolenda commisi. Nec me tamen pigebit, vt aestimo, cibi huius, quoniam qui apposuit sci. Ecclesiastes 1:1.

entiam, addit & dolorem. Sed & si temperantia, si iustitia, si prudentia vel fortitudinis exempla apparent, ea incunctanter sumo, sciens quia talia oportet me preparare. Hæc mihi apponi, hæc à me repetitum iri non dubito. Nunquid signa & prodigia exigenda à nobis sunt, vt ea diuini vicissim præparemus?

Frates, vasa sunt in honorem illi, qui nos inuitauit, non cibi pauperum. Tu ergo, qui inuitatus es, diligenter considera, quid tibi ille, quid sibimet apposuerit: non enim quicquid in mensa proponitur, tibi apponitur. Quid si in poculo aureo fuerit propinatum? Non poculum tibi, sed potus apponitur. Sume potum, & pone aurum. Ergo exempla bonorum operum & reitudinem morum paterfamilias communicat ita domēsticis, vt prærogatiuam sibi retineat in miraculis. In his tamen atque illis, ille glorificandus est, cuius munus sancte viuere, cuius virtus signa facere est: qui in Trinitate perfecta viuit & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

## VITA SANCTORVM ANDRONICI ET EIVS CONIVGIS ATHANASIAE, *Authore Simeone Metaphraſte.*

**I**n diebus Theodosij magni Imperatoris, erat in magna vr. 27. FEBRVA. be Antiochia iutensis quidam argētarius, nomine Andronicus. Accepit autem vxorem filiam argentarij, nomine Iohannis. Erat verò eius nomen Athanasia. Erat enim vera Athanasia, id est, immortalis & factis & cogitatione. Erat autem Andronicus valde pius, & plenus bonis opere. Andronicus. Similiter verò eius quoquè vxor, erant autem valde & Athanasia diuitiae. Sic verò vitam suam agebant argentariam, & factis pieas. cultates suas diuiserunt in tres partes: vnam quidem in rationem pauperum, & aliam in rationem Monachorum, & distributione. aliam in facultatum & officinæ. Vniuersa autem ciuitas amabat dominum Andronicum propter eius modestiam.

Cognovit autem suam vxorem: & cùm conceperisset, peperit filium, & nominauerunt eum Iohannem. Cùm verò adhuc in utero cœcepisset, peperit filiam, & nominauit eam Mariam. neque amplius appropinquavit vxori Andronicus. Conferebat autem suum in matris studium ad diligenter & lubenter laborandum, cum alijs Christi amantibus argentarijs. monio vi. Dominico & die secundo & quarto & in paraseue, à vespera usque ad matutinum ibat tinctenter.

Aaaa 3 Andro.